



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De diuina nobis procurata pace. Cap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII PAM.  
PHILI EPISCOPI CAE-  
SAREAE PALAESTINAE,  
Ecclesiasticæ historiæ  
Liber Decimus.

*De diuina nobis procurata pace.*

CAP. I.



Ed patri omnipotenti & rerū vniuersitati regi ac gubernatori sit maxima in omnibus gratia:nec minor etiā filio seruatori ac redēptori animarum nostrarū Iesu Christo tribuatur, per quē precamur, vti pace firma & stabili, perpetuo fruamur, sicq; ab omnib⁹ molestiis, cū quæ extrinsecus importari, tū quæ in ipsa interiore cogitatione oriri solēt vacui liberiq; vitā degamus. Ac quoniā tuis præcibus impulsis, sanctissime Pauline, hunc decimū librū historiæ ecclesiasticæ iā oportune illis libris, qui antegressi sunt, apposui mus, tibi hoc quidquid est laboris dicare, tuoq; nomine in lucē edere instituim⁹: in quo velut fastigiū toti operi imponētes, tuas laudes prædicabimus. Merito igitur hoc loco in numero perfecto, perfectā & absolutā panegyricā orationē ad dei gloriā illustrādā, cui⁹ auxilio ecclesiae denuō ædificatæ sunt, accurate cōtexemus: idq; diuīno spiritui obsecuti, hoc fere pacto nos cohortant: Cātate domino canticū nouū, quia mirabilia fecit. Seruauit sibi dextra eius, & brachiū sanctū eius. Notū fecit dominus salutare suū, in cōspectu gentiū reuelauit iustitiā suā. Idcirco sacro sancto dei eloquio hoc nobis canticū recolēdū præcipiēti, hoc nostro sermone cōcinne applaudam⁹: idq; propterea, quod post acerbas & tristes illas ærūnas partim sub oculorū aspectū, partim sub audiendi sensum subiectas, tales res in præsentia cernere, tales etiā laude & præconio efferre per dei gratiā poterimus, quales ante nostra

Psal. 97.

nostra répora multi reuera iusti, & sancti dei martyrescu pierūt in terra videre, & non viderūt, audire & non au- dierūt. Verū hi quam celerrimo cursu sublati ad superos, res multo præstabiliores sunt cōsecuti, & in ipso cælo, & paradise diuinis deliciis perfruuntur. Nos autē hæc be- neficia maiora, quam nostræ vitæ cōditio fert, cōfitentes sicut egregiā Dei eorundē authoris magnificentiā obstu pescimus: sic illū optimo iure totius animæ viribus colē tes, summe celebramus, & sacras prophetæ prædictiones scriptis proditas, veras esse testificamur, in quibus dici- tur: venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia *Psal. 45.* super terrā, auferēs bella vsq; ad finē terrę Arcū cōteret & cofringet arma, & scuta cōburet igne. Pro quib⁹ adeo euidēter in nobis expletis, magnopere lātemur, & dein- ceps ad ea, quæ sequuntur pergamus. Vniuersum impiorū genus eo modo, qui supra est demōstratus, deletū & ex- tinctū est, & ex hominū cōspectu subito ita euanuit, vt a- liud Dei oraculū videatur ad exitū peruenisse, quod sic loquitur. Vidi impiū superexaltatū, & eleuatū, sicut Ce- *Psal. 37.* dros Libani, & trāsui & ecce non erat, & quesui locū e- ius, & non est inuentus. Dies iā de cætero serena & splen- dida, quā nulla nubes sua opacat umbra, claris cælestis lu- minis radiis, ecclesijs Christi per vniuersum orbē efful- cit. Neq; gētilibus hunc nostrum insignem triumphum deus inuidit, sed eos ex æquo nobiscum omnium bono- rum, quæ nobis cœlitus demississet benignusq; suppeditasset effecit participes.

*De ecclesiarum renouatione.**CAP. II.*

**V**NIERSUM igitur humanū genus graui tyrānorū op- pressione liberatū est. Atq; vt alii prioribus malis, quibus cōflictati erāt, alia ratione piorū propugna- torem, solum verum deum esse ingenue confessi sunt; sic nos in primis, qui spem in Christo Dei defixam habe- bamus, incredibilem lātitiam aīo percepimus. Qui netiā omnium nostri mentes diuino quodam & cœlesti gau- dio triumpharunt, dum singula loca tyrannorum sce- lere & impietate paulo antē diruta, tanquam post diu- turnam & mortiferam vastitatem iam quodam modo reuincere, & tempia solo æquata, ab ipsis funda- mentis